HAIMO ALTISSIODORENSIS. (PS.-)HIERONYMUS
Zwettl 3. Drittel 12. Jh. Seite 21r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



iusticia. de soluenda questione pro ui
ribus quas ipse donauerit disputare.
Sic eum inquit uolo manere: idem sic eum
expectare finem conditionis proprie: non fi
nem mundi. Quod autem subdit donec ue
niam. non solum de generali illo quo resoluen
dus est mundus. sed etiam de hoc quo cot
tidie sanctos suos uisitare dignatur ad
uentum accipi poterit. Quod uero ait dili
gis me plus his. potest ita intelligi.
ut iohannem hoc loco quod specialiter dilectus
a ceteris est exciperet. At uero iuxta mysticum
sensum in petro actualis uita. in iohanne
contemplatiua significatur in utroque pre
sens pariter et futura. Ecclesie autem cuius
petrus propter primatum apostolatus gere
bat figuram claues a xpo regni celorum
accipit in petra. idem potestatem soluen
di ligandique peccata. Quod enim est per propri
etatem in xpo ecclesia. hoc est per significati
onem petrus in petra. Qua significatio
ne intelligitur xpc petra. petrus ecclesia.
Hec igitur ecclesia quam significabat petrus. quam
diu degit in malis. sequitur xpm in eis
qui pro ueritate certant usque ad mortem:
de quibus idem petrus ait. Xpc pro nobis
passus est relinquens nobis exemplum.
ut sequamur uestigia eius. Ecce propter quod
dictum est sequere me. Est alia uita im
mortalis que non est in malis. ubi facie
ad faciem uidebimus que hic per speculum et
in enigmate uidentur. Duas itaque ui
tas sibi diuinitus predicatas commendatas
nouit ecclesia. quarum est una in fide: al
tera in specie: una in peregrinatione:
altera in eternitate: una in labore: al
tera in requie: una in uia. altera in
patria. una cum hoste pugnat. altera
sine hoste regnat. Ergo una bona est
sed adhuc misera. altera melior et be
ata. Ista significata est per apostolum petrum.
illa per iohannem. Ideo de isto dicitur sequere
me. de illo autem sic eum uolo manere
donec ueniam. Ac si dicat. Tu me seque
re per imitationem perferendi temporalia
mala. ille maneat donec sempiterna
ueniam redditurus bona. Sic eum
uolo manere: id est expectare. Quod iam
per eum significatur non utique nunc sed cum uene
rit xpc implebitur. hic est discipulus qui
testimonium perhibet de his. et scripsit hec.
Hic manifeste beatus iohannes suam personam de
signat officio. quam designare uitat
ex uocabulo. Perhibuit quippe testimo
nium uerbo dei predicando. perhi[illegible] eque
buit scribendo. perhibuit de [illegible] s. sed xpc
nuo docendo. perhibet etiam [illegible]nsinuat
nunc pandendo. Siquidem ante [illegible]
pore dominice passionis. resurrectionis
et ascensionis in celum usque ad ultima
domiciani principis tempora per annos cir
citer sexaginta et quinque absque ullo scriben
di adminiculo uerbum predicabat. At
ubi a domiciano qui secundus post neronem perse
cutor xpianorum extitit in exilium mis
sus est. irrumpentes in sanctam ecclesiam he
retici quasi destituta a pastore ouilia.
lupi. martion cherintus et hebion. cete
rique antixpi qui xpm fuisse ante mari
am negabant. simplicitatem fidei eu
angelice peruersa maculauere doctri
na. Sed dum ipse post occisionem domitiani
permittente pio principe nerua redire
ephesum. compulsus ab omnibus pene asie
episcopis. et multarum ecclesiarum legationibus
de coeterna patris diuinitate xpi alti

21